

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reueréndo uiro, eruditone & uirtute praestanti, D. Casparo Crucigero,
doctori theologiae, amico & fratri suo charissimo, Philippus Melanchthon S.
D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

num pariter fuisse fatalem apibus & scholasticis. Itaque tibi mitto cellulas, in quibus uidebis iacere mortuas apiculas. Vt enim è tauro nascuntur apes: ita nobis ex uictima Christi nostra examina renascantur. Apud Aristotelem est, ἢ ἡγοῦ ἐπιτολίη πλάσσει γινέσθαι μέλι. Ergo ἐπιτολίη est cosmicus ortus, quo tempore mella è fauis quoq; eximuntur. Atq; utinam etiam habeamus ἐπιτολίη πλάσσει nos tranquillā. De uersibus nostris statue quod uidebitur. Non prohibeo adscribi nomen meum.

Menij epistola sanè tragicè scripta fuit: sed quòd se in suo scripto cum Pontifice dimicasse ait; optarim alijs armis præliatum esse.

Senatus Norimbergensis Camerario & mihi hospitium offert. Viti & D. Hieronymi Bomgartneri literas mitto. Ego non minus de te & de collegis aliquot alijs, quàm de me ipso cogito. Sed hæc coram. Chartas operis Meniani mihi mittas. Bene uale. Date Serueste, 19 Februarij, 1547.

Reuerendo uiro, eruditione & uirtute præstanti, D. Casparo Crucigero, Doctori Theologiæ, amico & fratri suo charissimo, Philippus Melanchthon

S. D.

Et dilexi filiam σοφῶν diuinitus insita humane naturæ: & sensum amoris acuit misericordia, postquam

I, 88.

quam in tristissimam seruitutem uenit, presertim
 cum uiderem multas in ea uirtutes adumbratas es-
 se. Quare postquam ad ceteras calamitates mors
 immatura accessit, non possum non dolere. Auget
 etiam mœsticiam recordatio mei errati. Non enim
 sua culpa, sed mea negligentia in tantas miseras in-
 ciderat. Cum autem quotidie eam ueris gemitibus
 Deo commendauerim annos decem: & mihi per-
 spicuo testimonio significatū sit, curae Deo futurā
 esse: iudico diuinitus ex hac uita euocatam esse, ut
 ijs calamitatibus, in quibus fuit: liberaretur. Hæc co-
 gitatio paternum dolorem quasi hebetiorem effe-
 cit. Itaq; & Deo eterno patri Domini nostri Iesu
 Christi gratias ago, quod ostendit se gemitus no-
 stros exaudire, & istam miseram in tranquillio-
 rem uitam euocauit. De morbo & sermone morituræ
 fortassis scribet aliquis, qui planè nōdum oblitus
 est nostrorum officiorū: ac mittere tabellarium ad
 N. meo sumptu decreui. Tibi uerò gratias ago,
 quod & nostro dolore afficeris, & lenire eum stu-
 deas: à quo tamē me etiam cogitatio publicorū ma-
 lorum abducit. Nec me tantum excruciant propria
 belli mala, quæ sunt innumerabilia: sed etiam do-
 ctrinæ conclusiones, & interitus literarum. Syno-
 dus telam exorsa est ad stabilienda impia dogma-
 ta, & habebit applausores principes & theologos
 ἰσαμφοτε εἰς ὄψας. In his tantis periculis cum sit

Ecclesia, & manifestum sit sine ope diuina nõ posse doctrinæ lucē retineri: hac me spe suscitato, quod nunc cū destituitur Ecclesia omnibus humanis auxilijs, Deus præsentiam suam ostendit mirandis liberationibus: quod ut nunc faciat, toto cum peccatore oro. De refutatione Synodi ualde prodesset nos amanter colloqui. Bene uale. Die 29 Martij, 1547. Seruestæ.

Clarissimo uiro, eruditione, & uirtute, & fide præstanti, M. N. N. amico & fratri suo charissimo, Philippus Melancthon S. D.

Ebur.

Vi initium fuit Ecclesie Dei de semine salutari edito post Adæ lapsum: ita ob quatuordecim annuum orditur nobis tempus, quo semen illud salutare ex uirgine natum, & nobis exhibitum est: quod quidem oro ut faciat, ut hic ueniens annus tranquillus sit, & Ecclesie & eius hospitij & nobis sanctus & felix. Sed magnū bellum paratur, quod nisi caput serpentis conculcabitur à semine salutari filio Dei, magnam uastitatem faciet in tota Germania, quæ sola in terris retinet mediocre decus doctrinæ & disciplinæ. Itaque magno in dolore sum, quem in hac solitudine minus etiam ferre possam. Georgius uocatur Norimbergam, & datur Hieronymo Besoldo stipendium. Ibi etiam collectæ sunt aliquæ nostræ schedæ reliquæ. Aliquot enim pauperibus